



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente  
XI. editas

**Luxemburgi, 1739**

Anno Tertio.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

Confirmatio  
Constitutionis  
motu proprio  
facta.

Sanatio de-  
fectuum.

Novum  
mandatum de  
uniformitate  
inter prædi-  
ctos Canoni-  
cos.

Clausula.

Constitutionum, & Urbani Prædecessoris, aliarumque literarum Apostolicarum prædictarum tenores, & Datas etiam veriores, aliaque quælibet etiam specificam, & individuum mentionem, & expressionem requirentia præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, insertis, & specificatis habentes, de Venerabilium fratrum nostrorum dictæ S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, ac motu proprio, & ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicæ potestatis plenitudine, præsertim Innocentii Prædecessoris literas, ac omnia, & singula in eis contenta, tenore præsentium approbamus, & confirmamus, ac easdem literas valere, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere debere decernimus, & declaramus in omnibus, & per omnia perinde ac si illæ a persona legitimam, & sufficientem ad hoc facultatem, & auctoritatem habente, impetratæ fuissent, ac Constitutionibus, & Urbani Prædecessoris, aliisque literis Apostolicis prædictis, cæterisque in contrarium facientibus quibuscumque specificæ, & expresse, totoque literarum hujusmodi tenore inserto in præsertim Innocentii Prædecessoris literis derogatum extitisset; ac proinde a dictis Canonicis Regularibus Congregationis Hispaniæ prædictam uniformitatem cum universo Ordine Præmonstratensi prædicto tam in habitu, quam in Breviario, cæterisque suscipi, & servari debere, harum serie statuimus pariter, & ordinamus.

§. 2. Decernentes similiter easdem præsentis literas, & in eis contenta quæcumque etiam ex eo, quod in præmissis, seu eorum aliquo interesse quovis modo habentes, seu habere prætendentes cujuscumque status, gradus, Ordinis, præminentia, & dignitatis existant, illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, nec causæ propter quas eadem præsentis emanarint, adductæ, specificatæ, & justificatæ fuerint, aut ex alia qualibet quantumvis justa, legitima, & privilegiata causa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore Juris clauso, etiam enormis, enormissimæ, & totalis læsionis nullo unquam tempore de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostræ, aut interesse habentium consensus, aliove quolibet etiam formali, & substantiali, ac incogitato, & inexcogitabili, individuumque mentionem requirentem defectu, notari, invalidari, infringi, retractari, seu in controversiam revocari, aut ad viam, seu ad terminos Juris reduci, sive adversus illas apertionis oris, restitutionis in integrum, aliudve quodcumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, seu impetrato, aut etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio, vel emanato, quempiam in Judicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed easdem præsentis literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter, & inconcusse observari; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Apostolicæ Sedis Nuncios, aliisque quolibet quacumque præminentia, & potestate fungentes, & sancturos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Urbani Prædecessoris, & aliis literis præfatis, cæterisque præmissis, ac

quatenus opus sit nostra, & Cancellariæ Apostolicæ Regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Congregationis Hispaniæ, & Ordinis prædictorum aliive quibuscumque, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, Statutis, & Consuetudinibus, etiam immemorabilibus: privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis, sub quibuscumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuscumque etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, & Decretis in genere, vel in specie, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, seu alias quomodolibet in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscator. die VI. Novemb. MDCCII. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Declaratur, Congregationem Eremitarum Discalceat. Ord. S. Augustini comprehendi sub prohibitione, ne duo consanguinei, vel affines in 1. vel 2. gradu in Capitulis suffragentur.

XXXI.

Hæc prohibitio confirmata fuit a Clem. VIII. Const. ed. 1596. Febr. 28. P. 4. Et deinde extensa ad Discalceatos Congr. Hispaniæ, & Indiarum ab Innoc. XI. Const. ed. 1680. Sep. 14. At Inn. XIII. Const. ed. 1723. Sep. 20. P. 3. moderatur præsentem Constitutionem.

CLEMENS PAPA XI.

Dat. 24 Nov.  
1702. An. 3.

Ad futuram rei memoriam.

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Clemens a Sancto Bernardino Prior Conventus Jesu, & Mariæ de Urbe Congregationis Fratrum Eremitarum S. Augustini Discalceatorum nuncupatorum quod dudum nempe die 16. Februarii 1596. quoddam Decretum a quon. Andrea Fivizano, dum vixit Priore Generali dicti Ordinis inter alia emanavit, & subinde die 28. ejusdem Mensis a fel. record. Clemente PP. VIII. Prædecessore nostro per quosdam ejus in simili forma Brevis literas quarum initium, *Universalis Ecclesie &c.* confirmatum fuit, quo prohibetur expresse, ne duo Fratres Ordinis prædicti in primo, vel secundo gradu Consanguinei, vel affines in ejusdem Capitulis, aut Congregationibus Capitularibus ullatenus simul conveniant, & votare possint, & alias prout in Decreto, & Clementis Prædecessoris

Data prohibitio statuta fuit a Priore Gen. Ord. an. 1596. Febr. 16. & confirmata a Clem. VIII. die 28.

literis

1702.  
Causa præfentis Declarationis.

litteris prædictis uberius dicitur contineri. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, sapius dubitatum fuerit, an dictum Decretum Congregationem prædictam, quæ tunc temporis initium habebat, & postmodum a rec. memor. Urbano VIII., & Clemente X. Romanis Pontificibus Prædecessoribus pariter nostris membrum dicti Ordinis declarata fuit, & nunc in Italia, & Germania propagata reperitur, sub prohibitionis hujusmodi generalitate complecteretur, nec istius dubii resolutio ab hac Sancta Sede hætenus petita fuerit, licet illa, sive pro liberandis ab anxietate Religiosorum conscientis, sive pro tollendis abusibus facile irrepentibus necessaria sit; Eadem vero causæ, propter quas prohibitio prædicta in dicto Ordine edita fuit, concurrere videantur, ut illa ad dictam Congregationem extendantur, ac proinde idem Clemens exponens pro suo, quo, ut Apostolicæ, & prædicti Ordinis Constitutiones, sublatis dubiis accurate observentur, zelo ducitur, ad conscientiarum quietem, dictæque Congregationis bonum de opportuna in præmissis declaratione a Nobis provideri summopere desideret.

Preces Precris Cœnobij Jesu, & Mariæ de Urbe.

§. 1. Nos piis ipsius Clementis Exponentis votis hac in re quantum cum Domino possumus benigne annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum, qui dilectum etiam filium modernum Procuratorem Generalem dicti Ordinis super præmissis audiverunt consilio, supradictam Congregationem sub prohibitione prædicta in futurum comprehendere debere, auctoritate Apostolica tenore præsentium decernimus, & declaramus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

Declaratio prædicta.

Clausulæ.

§. 2. Decernentes pariter easdem præsentis litteras semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit, in omnibus, & per omnia inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit, Congregationis Fratrum Discalceatorum hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens, ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium litterarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem profus fides ubique locorum habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCII. Pontificat. nostri anno Tertio.

Confirmatur Constitutio Innoc. XII. de Primatu pro Provincia S. Didaci Novæ Hispaniæ Min. de Observ. Discalc. contra Eremitas S. Aug. Provinciæ Nominis Jesu.

XXXII.

Landata Constitutio ed. fuit an. 1700. Apr. 3. P. 9. Et hujus Pontificis Const. ed. 1705. Dec. 12. P. 6. agitur de facultate renunciandi huic Primatu.

## CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Alia a fe. rec. Innocentio PP. XII. Prædecessore nostro emanavit ad favorem dilectorum filiorum Fratrum Provinciæ S. Didaci novæ Hispaniæ in Indiis Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia Discalceatorum nuncupatorum litteræ in simili forma Brevis tenoris, qui sequitur, videlicet.

§. 1. Innocentius Papa XII. Ad futuram rei memoriam. Emanavit nuper (Reliqua vide in suo ordine).

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die 3. Aprilis 1700. Pontificatus nostri anno Nono.

§. 2. Cum autem, sicut dilectus filius Paulus Lopez, Frater expresse professus, ac Diffinitor, & Procurator Generalis Provinciæ, & Ordinis prædictorum Nobis nuper exponi fecit, prædicti Archiepiscopus Mexican., & antiquior Canonicus Metropolitanæ Ecclesiæ Mexican., quibus d. Innocentius Prædecessor executionem præinsertarum suarum litterarum demandaverat, easdem literas executioni demandare neglexerint, seu renuerint, ac interea Fratres secundo dicti Ordinis apud Nos recursum habuerint, ut causam hujusmodi cum dubiorum distinctione iterum ad eandem Congregationem Cardinalium examinandam remitteremus. Nos vero recursum hujusmodi per quoddam Rescriptum die 15. Octobris proxime præteriti jussu nostro emanatum rejecerimus, ac Religiosos prædictos eisdem præinsertis litteris omnino parere mandaverimus, ac proinde idem Paulus Diffinitor, & Procurator Generalis illas Apostolicæ confirmationis nostræ patrocinio communiri, necnon debitæ executioni demandari plurimum desideret. Nos ipsum Paulum Diffinitorem, & Procuratorem Generalem specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, præinsertas Innocentii Prædecessoris litteras auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. Ac earundem præinsertarum litterarum executionem dilectis etiam filiis Inquisitoribus contra hæreticam pravitatem in Civitate Mexican. auctoritate præfata deputatis cum facultatibus, & auctoritatibus, ac alias modo, & forma in præinsertis litteris hujusmodi contentis, & expressis, dicta auctoritate harum serie committimus, & demandamus.

Dat. 24 Nov. 1702. An. 3.

Litteræ Innoc. PP. XII. confirmantes Decretum editum a Sacrorum Rituum Congr. quo decretum Frater Min. Observ. Discalceatorum Provinciæ S. Didaci Novæ Hispaniæ præcedere debere FF. Ord. Eremitarum S. Augustini Provinciæ SS. Nominis Jesu.

Preces Procuratoris Gen. & causæ præsentis Confirmationis.

Confirmatio præd. Constitutionis Inn. XII. cum deputatione Executionum.

§. 3. Decernentes easdem presentes, & praesentia literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quae in praesentis Innocentii Praedecessoris literis concessa sunt non obstante, caeterisque contrariis quibuscumque.

§. 5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis eadem proferri fides ubique locorum tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur si forent exhibitae, vel ostensae.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXIV. Nov. MDCCII. Pontificatus nostri anno Tertio.

XXXIII.

Confirmatur Decretum Congreg. Episc., Reg. de Lecturis, & Lectoribus Fratr. Praedicatorum Congregationis Observ. Sancti Marci de Cavotis.

*Innoc. XII. Const. ed. 1696. Jul. 23. P. 6. est de examine pro Lecturis, & Bened. XIII. Const. ed. 1716. Feb. 8. P. 2. agit de receptione Religiosorum ad Congregationem S. Marci.*

CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

Dat. 2. Dec. 1701. An. 3.

Causae insequentiis Decreti.

**A**lias pro parte dilectorum filiorum Procuratoris, & Fratrum Conventus S. Mariae Gratiarum nuncupat. Terrae, seu loci S. Marci de Cavotis etiam nuncupat. Congregationis Observantiae ejusdem S. Marci de Cavotis in Regno Neapolitano Ordinis Praedicatorum Congregationi Ven. Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, exposito, quod cum dicta Congregatio S. Marci in simplicitate cordis, & humilitate spiritus instituta fuisset, Fratres ejusdem Congregationis, ab ipso illius primordio, omnibus gradibus Baccalaureatus, praedicationis generalis, & Magisterii renunciaverant, & in suscepto proposito hujusmodi, Praedicatorum, & Lectorum titulis dumtaxat contenti, a centum circiter annis perseveraverant, adeoque ipsi Congregationi denominatio Stricteris Observantiae a Magistris Generalibus d. Ordinis pro tempore existentibus attributa, & attentio quod Praedicatorum, & Lectores actuales nullo privilegio, nullaque specifica exemptione potiebantur, & caeteris tam in victu, quam in vestitu conformabantur, specialia privilegia a Romanis Pontificibus Praedecessoribus nostris concessa fuerant; Et in eadem expositione subjuncto, quod plures patres Provinciae dicti Regni Neapolitan. Ordinis praedicti ad Conventus Studiorum ejusdem Congregationis, ut in illis lecturas exercerent, curriculum suum absolvent, & sic gradus Scholasticos ab eis ad solitas eorum exemptiones obtinendas magnopere desideratos consequerentur, venire multis modis instantes procuraverant, & adhuc procurabant;

illorum vero in dictis Conventibus commoratio; cum obsequium sibi exhiberi vellent, victu, & vestitu communi contenti essent, magnum observantiae Regulari detrimentum allatura erat: Ac proinde praedictae Cardinalium Congregationi supplicato, ut dictae Observantiae Regularis conservationi in hac parte consulere dignaretur. Emanavit ab eadem Congregatione Cardinalium Decretum tenoris, qui sequitur, videlicet -- Sac. Congregatio Emorum, & Reverendiss. S. R. Eccl. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praeposita, audito Patre Procuratore Generali Ordinis, & attentis narratis, censuit, ac declaravit, Lecturas de quibus agitur, non suffragari pro gradibus, & Lectores uti debere vestitu, & victu sicuti caeteri Religiosi. Romae 16. Decemb. 1701. -- G. Card. Carpineus. Loco ✕ Sigilli. I. D. -- Grimaldus.

§. 1. Cum autem, sicut dicti Prior, & Fratres nobis nuper exponi fecerunt, ipsi Decretum hujusmodi quo firmius subsistat, & servetur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent; Nos ipsos Exponentes specialibus favoribus, & gratis profsequi volentes, & eorum singulares Personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt, ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinatis, Decretum praesentium auctoritate Apostolica tenore praesentium approbamus, & confirmamus; illique inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus; salva tamen semper in praemissis auctoritate praedictae Congregationis Cardinalium.

§. 2. Decernentes easdem presentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definituri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Ordinis, & Congregationis S. Marci hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque; Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, caeterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Decembris MDCCII. Pontificatus nostri anno Tertio.

Statuitur, ut Canonici Regulares Congreg. Hispaniae Ord. Praemonstraten. reassumant Habitum, Breviarium, & Missale dicti Ordinis.

*Idem praecipit fuit Const. ed. 1702. Nov. 6. sed postea Const. ed. 1705. Maji 30. P. 5. aliter dispositum.*

Preces Fratrum Coenobii S. M. Gratiarum.

Clausula.

XXXIV.

CLE-

## CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Commiffa Nobis divinitus difpenfationis ratio exigit, ut fanctarum Religionum ftatum in fua integritate, & puritate confervare, & primava illarum Inftituta ficuti exciderint, ad priftinam obfervantiam, adjuvante Domino reducere fatagamus.

Diu erat, quod dd. Canonici affumerant habitum Monafticum, & Rom. Breviarium.

§. 1. Cum itaque, ficut accepimus, dudum nempe tempore Pontificatus felic. rec. Gregorii Papæ XIII. prædecefforis noftri in occasione reformationis in Congregatione Hispaniæ Canonico-regularium Ordinis Præmonftraten. tunc introductæ, Canonici Regulares dictæ Congregationis tunc exiftentes habitum monafticum, ac ufum Breviarii Romani affumpferint, dilectique filii moderni Canonici Regulares ejuſdem Congregationis difpofitioni trecentefimi trigefimi quarti, aliorumque Capitulorum Conftitutionum dictæ Congregationis, & quarumdam rec. mem. Urbani Papæ VIII. prædecefforis pariter noftri die 19. Auguſti 1651. ac tam dicti Gregorii prædecefforis, quam piæ mem. Pii Papæ V., etiam prædecefforis noftri literarum in fimili forma Brevis emanatarum inhærentes habitum, & Breviarium huiusmodi adhuc retineant: Quo vero intentioni Sancti Norberti dicti Ordinis Canonico-regularium Inftitutoris conformentur, & congruum fit, ut relicto dicto habitu Monaftico primævum habitum regularem, qui ab aliis Canonice Regularibus ejuſdem Ordinis communiter geftatur, refumant, ac relicto pariter dicto Breviario Romano, divina Officia juxta Breviarium, & Miſſale ejuſdem Ordinis recitent: Hinc eſt, quod Nos dictam Congregationem, ad primæva fua Inftituta in hac parte reduci cupientes, ac Conftitutionum, necnon Pii, Gregorii, & Urbani prædecefforum literarum prædictarum tenores, & datas etiam veriores, aliæque quælibet etiam ſpecificam, & individuam mentionem, & expreſſionem requirentia præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, inferſis, & ſpecificatis habentes, de Venerabilium Fratrum noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & conſultationibus Epifcoporum, & Regularium præpoſitorum conſilio, ac Motu proprio, & ex certa ſcientia, ac matura deliberatione noſtris, deque Apoſtolice poteſtatis plenitudine, ut de cætero dicti Canonici regulares, relicto habitu Monaftico, & Breviario Romano habitum Regularem, qui ab aliis Canonice Regularibus dicti Ordinis communiter geftatur reſumere, & divina Officia juxta Breviarium, & Miſſale ejuſdem Ordinis recitare omnino debeant, & teneantur, tenore præſentium ſtatuiſmus, & ordinamus.

Cauſa prædd. Statuti.

Statutum prædd. motu proprio factum.

Clausula.

§. 2. Decernentes eandem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque, etiam ex eo, quod in præmiſſis, ſeu eorum aliquo intereſſe quovis modo habentes, ſeu habere prætendentes cujuſcumque ſtatus, gradus, Ordinis, præminentia, & dignitatis exiſtant, illis non conſenſerint, nec ad ea citati, vocati, & auditi, nec cauſe propter quas eandem præſentes emanarint, adductæ, ſpecificatæ, & juſtificatæ fuerint, aut ex alia quolibet quantumvis juſta, legitima, & privilegiata cauſa, colore, prætextu, & capite etiam in corpore juris clauſo etiam enormis, enormiſſimæ, & totalis læſionis nullo unquam tempore de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis noſtræ, aut intereſſe habentium conſenſus, aliove quolibet etiam formali, & ſubſtantiali, ac incogitato, & incogitabili, individuamque mentionem requirente defectu, notari, invalidari, infringi, retractari, ſeu in controverſiam revocari, aut ad viam, ſeu ad terminos juris reduci, ſive adverſus illas aperiçionis oris, reſtitutionis in integrum, aliudve quod-

cumque Juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, ſeu impetrato, aut etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine paribus conſeſſo, vel emanato quempiam in iudicio, vel extra illud uti, ſeu ſe juvare poſſe, ſed eandem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore, quodcumque ſpectabit, inviolabiliter, & inconcuſſe obſervari; Sicque, & non aliter in præmiſſis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegates, etiam cauſarum Palatii Apoſtolici Auditores, ac S. R. E. prædictæ Cardinales etiam de Latere Legatos, & Apoſtolice Sedis Nuncios, alioſque quoslibet quacumque præminentia, & poteſtate fungentes, & functuros, ſublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecus ſuper his a quocumque quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Quocirca Venerabili Fratri Franciſco Archiepiſcopo Lariſſen. noſtro, & Apoſtolice Sedis in Regnis Hiſpaniarum Nuncio per præſentes Motu pari committimus, & mandamus, quatenus ipſe per ſe, vel alium, ſeu alios eandem præſentes literas, & in eis contenta quæcumque ſolemniter publicans faciat auctoritate noſtra præmiſſa omnia, & ſingula debita, & omnimodæ executioni quam primum commode fieri poterit, demandari, & ab omnibus, & ſingulis, ad quos ſpectat, & ſpectabit in futurum inviolabiliter obſervari, inobedientes quoslibet, & præmiſſis non parentes per cenſuras, & penas Eccleſiaſticas, aliaque opportuna juris, & facti remedia omnia, & quacumque appellatione, reclamatione, & recuſu poſtpoſitis, invocato etiam adhoc ſi opus fuerit auxilio brachii ſæcularis.

§. 4. Non obſtantibus memoratis Pii, Gregorii, & Urbani Prædecefforum literis, cæteriſque præmiſſis, ac quatenus opus ſit Noſtra, & Cancellariæ Apoſtolice Regula de jure quaſito non tollendo, necnon ſimilis memoria Bonifacii Papæ VIII. etiam prædecefforis noſtri de una, & Concilii Generalis de duabus diebus, dummodo ultra tres dietas aliquis vigore præſentium in iudicio non trahatur, aliaque Conſtitutionibus, & Ordinationibus Apoſtolicis, ac Congregationis Hiſpaniæ, & Ordinis prædictorum, aliſve quibuſvis etiam juramento, confirmatione Apoſtolice, vel quavis firmitate alia roboratis ſtatutis, & conſuetudinibus, etiam immemorabilibus; privilegiis quoque, Indultis, & literis Apoſtolicis, ſub quibuſcumque verborum tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliſque efficacioribus, efficaciffimis, & inſolitibus clauſulis, & Decretis in genere, vel in ſpecie, etiam Motu, ſcientia, & poteſtatis plenitudine ſimilibus, ſeu alias quomodolibet in contrarium præmiſſorum quomodolibet conceſſis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & ſingulis, etiamſi pro illorum ſufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus ſpecialis, ſpecifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clauſulas generales idem importantes mentio, ſeu quavis alia expreſſio habenda, aut aliqua alia exquisita forma adhoc ſervanda foret, tenores huiusmodi, ac ſi de verbo ad verbum nihil penitus omiſſo, & forma in illis tradita obſervata, exprimerentur, & infererentur, iſdem præſentibus pro plene, & ſufficienter expreſſis, & inferſis habentes, illis alias in ſuo robore permanſuris, ad præmiſſorum effectum harum ferie hac vice dumtaxat ſpecialiter, & expreſſe derogamus, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

§. 5. Volumus autem, ut earundem præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam

impreſſis

impresſis manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur iſpis præſentibus, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.  
Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die VIII. Februarii MDCCIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

XXXV. Damnantur, & prohibentur folia impreſſa ſub titulo. *Lettre de Monſieur \*\*\*. Chanoine de B. à Monſieur T. D. A. Cas de conſcience &c.*

*Ab Inn. XII. Conſt. ed. 1699. Mar. 12. P. 8. damnatus fuit liber - Maximes des Saints. Et hujus Pontificis Conſt. ed. 1704. Jan. 28. P. 4. damnatur libellus - Tradition ſur la Predeltination &c.*

Dat. 12. Febr. 1703. An. 3.

CLEMENS PAPA XI.

*Ad perpet. rei memoriam.*

Titulus Foriorum.

CUM nuper in lucem prodierint quædam folia gallico idiomate edita, ſub titulo - *Lettre de M. \*\*\* Chanoine de B. à Monſieur T. D. A. &c. Cas de conſcience propoſé par un Confeſſeur de Province touchant un Eccleſiaſtique qui eſt ſouſ ſa conduite, & reſolu par pluſieurs de la faculté de Theologie de Paris -* Quamplures autem ex Venerabilibus Fratribus noſtris S. R. E. Cardinalibus, quos ad examen dictorum foliorum ſpecialiter delegimus, audita, ac diligenter perpenſa foliorum hujusmodi cenſura, quæ coram Nobis relata fuit, folia ipſa damnanda, & prohibenda eſſe cenſuerunt. Hinc eſt quod Nos pro commiſſa Nobis ab æterno Patre gregis ſui cura, dominicas oves quantum Nobis ex alto conceditur, a noxiis præſervare cupientes, de memoratorum Cardinalium conſilio, folia prædicta auctoritate Apoſtolica tenore præſentium damnamus, & reprobamus, ac legi, & retineri prohibemus, illorumque impreſſionem, descriptionem, lectionem, retentionem, & uſum omnibus, & ſingulis Chriſtiffidelibus, etiam ſpecifica, & individua mentione, & expreſſione dignis, ſub pena excommunicationis per contrafacientes ipſo facto abſque alia declaratione incurrenda omnino interdiciamus. Volentes, & auctoritate prædicta mandantes, ut quicumque eadem folia penes ſe habuerint, illa ſtatim atque præſentes literæ eis innotuerint, locorum Ordinariis, vel hæreticæ pravitatis Inquiſitoribus tradere, atque conſignare teneantur. In contrarium facientibus non obſtantibus quibuſcumque.

Damnatio & prohibito.

Præceptum conſignandi folia Ordinariis, vel Inquiſitoribus.

Claula.

§. 1. Ut autem eadem præſentes literæ ad omnium noticiam facilius perveniant, nec quicquam illarum ignorantiam allegare poſſit, volumus, & eadem auctoritate decernimus, ut illæ ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, ac Cancellariæ Apoſtolicæ, necnon Curie Generalis in Monte Citorio, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex Curforibus noſtris, ut moris eſt publicentur, illarum exempla ibidem affixa relinquuntur, & ſic publicatæ omnes, & ſingulos, quos concernunt, perinde afficiant, ac ſi unicuique illorum perſonaliter notificatæ, & intimatæ fuiſſent.

§. 2. Utque ipſarum præſentium literarum tranſumptis, ſeu exemplis etiam impreſſis, manu alicujus Notarii publici ſubſcriptis, & ſigillo perſonæ in Eccleſiaſtica dignitate conſtitutæ munitis, eadem prorsus fides tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum habeatur, quæ eiſdem præſentibus haberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ.

Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die XII. Februarii MDCCIII. Pontificatus noſtri Anno Tertio.

Confirmatur ſeparatio 12. Cœnobiorum a Provincia Germaniæ, & unio eorundem Provincie Hungariæ FF. Prædicatorum.

XXXVI.

*Ab Alex. VII. propoſita fuit diviſio Provincia Conſt. ed. 1666. Junii 9. Inn. XII. Conſt. ed. 1695. Jun. 14. P. 4. creta fuere dua Provincie in Congregationes. Et Bened. XIII. Conſt. ed. 1724. Jul. 15. P. 1. ſubjiciuntur Penitentiarii S. M. Majoris de Urbe Priori S. Mariæ ſuper Minervam.*

CLEMENS PAPA XI.

*Ad futuram rei memoriam.*

ALIAS pro parte dilectorum filiorum Prioris Provincialis, & Fratrum Provincie Germaniæ Ordinis Prædicatorum Nobis expoſito, quod licet per quaſdam ſel. rec. Alexandri PP. VII. Prædeceſſoris Noſtri literas ad infantiam dictæ Provincie die nona Junii 1666. emanatas, ipſius Provincie diviſio ſub cenſuris Eccleſiaſticis prohibita reperiretur, nihilominus dilectus etiam filius Antoninus Cloche Magiſter Generalis dicti Ordinis eamdem Provinciam, iſpis Exponentibus inſciis, diviſerat, duodecim videlicet illius Conventus in Aſtria, Tyroli, & Styria conſiſtentes ab ea ſeparaverat, illoſque Provincie Hungariæ Ordinis prædicti incorporaverat, Priore Provinciali (ut aſſerebant) minus canonice, & contra electionis per Conſtitutiones ejuſdem Ordinis præceptæ libertatem præſecto, ac ordinaria Prioris Provincialis primodiçtæ Provincie in dictos Conventus poteſtate ſuſpenſa, ac propterea dicti Exponentes denegatam a dicto Antonino Magiſtro Generali licentiam, ut duo fratres dictæ eorum Provincie ad illius cauſam hujusmodi coram ipſo Antonino Magiſtro Generali, vel coram Congregatione Venerabilium Fratrum Noſtrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & Conſultationibus Episcoporum, & Regularium propoſita dicendam, & tractandam, ad hanc almam Urbem noſtram venire poſſent a Nobis concedi ſummopere deſiderabant: Nos ſupplicem libellum eorum nomine Nobis ea ſuper re porrectum ad dictam Congregationem Cardinalium remiſimus. Ipſa vero Cardinalium Congregatio audito deſuper dilecto pariter filio moderno Procuratore Generali dicti Ordinis, cenſuit ſeparationem præſatam reſectis dictorum Exponentium precibus, a Nobis approbari poſſe. Quare Nos dicti Antonini Magiſtri Generalis votis hac in re quantum cum Domino poſſumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibuſvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliſque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & penis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſolventes, & abſolutum fore cenſentes, ſupplicationibus ejus nomine Nobis ſuper hoc humiliter porrectis inclinati de memoratorum Cardinalium conſilio, ſeparationem dictorum Conventuum a prædicta Provincia Germaniæ ab ipſo Antonino Magiſtro Generali factam (ut præfertur) auctoritate Apoſtolica approbamus, & confirmamus, illique inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adſcribimus, ac omnes, & ſingulos juris, & facti defectus, ſi qui deſuper quomodolibet intervenerint ſupplemus, ſalva tamen ſemper in præmiſſis auctoritate dictæ Congregationis Cardinalium.

Dat. 21. Mar. 1703. An. 3.

Præd. diviſio olim ab Alex. VIII. vetita, facta fuit a Magiſtro Gener., & reſectis reclamantium præciſus etiam approbata a Congr. Epif., & Reg.

Præces Magiſtri Gen.

Confirmatio d. ſeparationis.

Claula.

§. 1. Decernentes eamdem præſentes literas ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos ſpectat, & pro tempore, quancumque ſpectabit in omnibus,

& per omnia plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Provinciarum, & Ordinis hujusmodi, etiam Juramento, Confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus cæterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXI. Martii MDCCIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

§. 2. Decernentes easdem præsentibus Literas, semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari; sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus præmissis, ac quatenus opus sit Nostra, & Cancellariæ Apostolicæ regula de jure quæsito non tollendo, aliisque Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non Ordinis, & Conventuum prædictorum, aliisque quibuscumque, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum tam in judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die X. Maji MDCCIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

XXXVII.

Revocantur Conventualitates perpetuæ a Prioribus Generalibus Ord. S. Joan. Dei concessæ.

*Inn. XII. Const. ed. 1693., Maii 20. P. 2. donati fuere dd. Fratres exemptione a Processionibus. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727. Jan. 10. P. 3. abolentur eorum privilegia personalia.*

Dat. 10. Maji 1703. An. 3.

CLEMENS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Tres species Conventualitatum, & rationes eas revocandi.

CUM sicut dilectus filius modernus Prior, sive Superior Generalis Ordinis Fratrum Sancti Joannis Dei Nobis exponi fecit, nonnulli Fratres dicti Ordinis Conventualitates perpetuas in particularibus ejusdem Ordinis Conventibus consecuti fuerint, quorum undecim ab hujus Sanctæ Sedis Nunciis, duo a Congregatione infrascriptorum Cardinalium, & reliquæ octo a diversis Prioribus, sive Superioribus Generalibus dicti Ordinis illas obtinuerunt; Conventualitates vero hujusmodi in ministeriis Hospitalibus præstandi præjudicium vergant, & voto obedientiæ, cujus suave jugum dicti Fratres portare detrectant, directe advenentur, ideoque Diffinitorium generale Ordinis prædicti ordinaverit, & Nobis preces pro obtinenda dictarum Conventualitatum abolitione, & revocatione porrigerentur; Nobis propterea dictus Prior, & Superior Generalis humiliter supplicari fecit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

Preces Superioris Gen., & Diffinitorii.

§. 1. Nos igitur ipsius Prioris, sive Superioris Generalis votis hac in re, quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. Ecclesiæ Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, attentis narratis prædictas Conventualitates perpetuas a memoratis Prioribus sive Superioribus generalibus dumtaxat concessas, auctoritate Apostolica tenore præsentium revocamus, & abolemus.

Revocatio Conventualitatum a Prioribus dumtaxat concessarum.

Confirmantur quædam Statuta Congregationis Reformatae Ord. S. Antonii Viennæ.

XXXVIII.

*Ab Inn. XI. Const. ed. 1678. Feb. 25. P. 2. concessa fuit Indulgentia in festis S. Antonii, Augustini, Monica.*

CLEMENS PAPA XI.

*Ad perpetuam rei memoriam.*

Dat. 12. Maji 1703. An. 3.

Militantem Ecclesiæ Regimini per abundantiam Divinæ bonitatis, nullo licet meritum Nostrorum suffragio præpositi illa, quæ pro felici prosperoque Religiosorum Ordinum in Ecclesia Dei pie, sancteque institutorum, ac uberes bonorum operum fructus, adspirante superni favoris auxilio proferre jugiter satagentium gubernio, & progressu provide sapienterque constituta, & ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque inviolata persistant, Apostolici muniminis præsidio libenter constabilimus.

Exordium.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit dilectus Filius Petrus Lovat Procurator Generalis Ordinis Sancti Antonii Viennæ sub Regula Sancti Augustini Canonicorum Regularium tam suo, quam etiam dilectorum filiorum Joannis Danghor Abbatis Superioris generalis, & Diffinitorium dicti Ordinis nominibus, quod Capitulum Generale ejusdem Ordinis, quod novissime, videlicet mense Septembri proxime præterito apud illius Monasterium Abbatiale celebratum fuit, enixe desiderans occurrere malis, quæ Congregatio reformata Ordinis hujusmodi perpessa est, pro felici dictæ Congregationis regimine, & directione, ac germano ejusdem Statutorum sensu, ut inde omnis in posterum controversiæ materies abscederetur, sanctiusque Al-

Causæ in quantum Statutorum Capituli Gener. Mensis Septembris an. 1702.

1703.

1703.

Statuta.

tissimo obsequium in ea exhiberetur, edidit nonnulla Decreta tenoris qui sequitur, videlicet: Cum Constitutionem Congregationis nostræ Reformata circa Jurisdictionem Capituli Generalis, Abbatialem potestatem, & facultates Diffinitorii, expositiones variæ multis jam ab annis dissidii seminarium fuerint, ut quæstiones in posterum omnes, & controversiæ materies penitus abscondatur, possitque debitum Deo obsequium nostrum in Ordine concordibus animis sanctius exhiberi; Capitulum Generale pro suprema, & omnimoda qua pollet auctoritate hac sua, & semper observanda functione super prædictis statuit, pronuntiat, & definit, ut sequitur.

I.

Cum Ordinis nostri omnimoda, & suprema Jurisdictio sit penes Capitulum Generale, si illius Decreta Reverendissimus Abbas, dato publico Rescripto, damnare palam, & rescindere, atque eadem etiam exequenda esse auctoritate propria demandare præsumpserit, nec destiterit reverenter admonitus, Ordinemque hac de causa conturbaverit Recessus ab Institutis Congregationis nostræ reformatæ, reus ipso facto censeatur, & a Capitulo Generali, vel proxime futuro, vel confestim, si rei pravitas, & necessitas Ordinis id postulent per Diffinitores, contradicentes etiam Reverendissimo Abbate extra tempus convocando, de plano, & sine strepitu Judicii præmissorum convictus deponi possit; salvis tamen legitimis appellationibus, sine quarum præjudicio Decreta hujusmodi, donec aliter sancitum fuerit, servabuntur.

II.

Ne dissidiis, atque litibus extra Religionem transmissis Congregatio nostra reformata turbetur; Capitulum Generale vult, statuit, & præcipit quod gravi aliqua dissensione inter Superiorem Generalem, ac Diffinitores omnes, aut eorum majorem numerum exorta super causis quibuscumque omnino dubiis, atque alias per Constitutionem Ordinis, sive per Capitulum Generalium Decreta nunquam declaratis, Diffinitorium, aut major pars illius Priorem Clausuralem, Visitatorem utrumque, aut alterum ex ipsis, si tamen intra tres dietas adfuit Superiores Domorum nostrarum Camberii, Lugduni, Viennæ, Pontis in Royanis, & Sancti Marcellini, ac Magistrum Novitorum Abbatia Decreto peculiari apud Monasterium Sancti Antonii ad præstitutam diem convocare teneantur, ut cum Reverendissimo Abbate, ac Diffinitoribus sub excommunicationis pena, nisi legitime impediti fuerint, simul conveniant, & quod a majori præsentium parte, absentes enim expectare non debent, constitutum fuerit usque ad Generale Capitulum proxime subsequens omnino servabitur.

Si vero inter Reverendissimum Abbatem, & Diffinitores concordia nec sic firmari possit, ad Sedem Apostolicam causa deferatur, quæ si urgens, ac gravis adeo sit, ut dilationem pati non valeat, a Reverendissimo Abbate, & Diffinitoribus simul, vel si quis eorum renuat ab aliis omnibus convocatum extra assuetum tempus Capitulum rite celebrabitur, & discordiæ modum imponet.

Si autem, quod absit, Reverendissimus Abbas gravissimi alicujus excessus, depositionis pena juxta Constitutiones nostras puniendi a Promotore Generali Ordinis reus ageretur, Inquisitio, seu informatio ad Diffinitorium auctoritate ipsi delegata Præsidente, qui inter Diffinitores ordine primus erit; Judicium vero ad Capitulum Generale citra assuetum tempus per Diffinitores, si ita eis videbitur, etiam convocandum, pertinebit.

Demum, si inter Superiorem Generalem, ac Diffinitores causa oboriatur hujusmodi, quæ ex-

tra Religionem agitari necessario debeat, Diffinitores ex seipsis alterum, seu ex fratribus alios quosdam mittere extra Monasterium, ac etiam Procuratores suos constituere valebunt, atque expensæ ex Arario communi defumentur.

III.

Acta Capituli Generalis cujusque, juxta approbatum Congregationis nostræ usum in Aula Capitulari promulgata ante illius absolutionem Reverendissimi Abbatis, aut ejus Vicarii, & Secretarii Chirographis, atque etiam ejusdem Capituli Generalis sigillo firmabuntur; quod si Præses subscribere abnuat facta denegati ab ipso Chirographi mentione, vocales Capituli septem dignitate potiores, aut certe consequentes alii, si ex primis aliquis id etiam recuset confessus Generalis nomine subscribant, Patentibus autem, & obediencialibus Literis, Præses, aut ejus obventis loco, qui officio primus erit cum Secretario Syngraphum apponet; transumpta vero, seu extracta Secretarii solius Chirographo manientur.

IV.

Statutis Congregationis nostræ reformatæ, ac illius receptissimæ praxi inherentes Generalis confessus Patres decernunt Diffinitorium in Capitulum Interfuitis Generalis Capituli vices gerere, ac proinde verbum illud de consilio pagina 227. appositum in Statutis omnino significare consensum, quem sapit ex vi verborum tam antecedentium, quam consequentium; unde consilium illud Diffinitorum plene decisivum esse pronuntiant, itaut in omnibus Diffinitorii actibus exercentibus Abbas Superior Generalis Diffinitores omnes, qui ultra dictam non absunt, neque sunt legitime impediti vocare, omnium, aut duorum saltem ex ipsis, si alii absint, votum exquirere, & majoris numeri expectare, ac sequi suffragia, & assensum teneatur, sub pena nullitatis eorum omnium, quæ secus agendo præscripta, & sancita fuerint.

V.

Inter actus Diffinitorii proprios, qui ad Religionis nostræ administrationem potissime pertinent, quosque ideo Superior Generalis non nisi de consilio, & assensu Diffinitorum expedire, ac terminare potest, Capitulum Generale recenset, videlicet electiones omnes, quæ a Diffinitorio per secreta suffragia celebrandæ occurrunt.

Superiorum, & aliorum Commissiones, Postulantium ad habitum, & Novitorum ad emitenda vota admissionem; Religiosorum de Domino in Domum justa ex causa translationes; erectiones novarum Domorum, & Novitiatuum Ararii Communis administrationem, & custodiam; fulminationem Excommunicationis solemnem; penarum gravissimarum, scilicet depositionis, suspensionis, incarcerationis, vocis actiæ, & passivæ privationis, & aliarum importantium infamiam ac juris ordinem requirentium, impositionem, ac demum actus illos omnes, qui sive in Libro Constitutionum, sive per Capitulum Generalium decreta Diffinitorio reservantur.

VI.

Cum ea omnia, quæ ad Religionis, aut cujuslibet Domus particularis gubernationem, præsertim in rebus gravioribus spectant, Abbas Superior Generalis ex vi Statutorum terminare, ac definire non possit, nisi de consilio decisivo, ac consensu Diffinitorum; idcirco nominationes Procuratorum Domus particularis cujuslibet Abbatialis, S. Antonii Monasterio excepto, cujus Procurator a Conventuali Capitulo approbari debet, & institui, & destitui; Seminariorum Institutiones, ac designationes Lectorum, utpote difficiles, & arduæ, ac Religionis totius administrationem, & commodum in re gravissima

De Actis Capituli Generalis subscribendis, atque firmandis.

De auctoritate Diffinitorii in Capitulum Interfuitis.

De muneribus ex actibus propriis Diffinitorii.

De regimine Ordinis, & cujuslibet domus particularis.

De firmitate Decretorum Capituli Gen.

De modo dirimendi controversias inter Superiorem Gen., & Diffinitores, vel Promotorem Ordinis.



attingentes a Reverendissimo quidem Abbate, sed Diffinitorum tantum, aut duorum ex ipsis consilio, & assensu fieri debebunt, & terminari.

VII.

De locatq. frequenti convocatio- ne Diffinito- rii.

Apud Monasterium S. Antonii Diffinitorium residebit perpetuo, ac ne res Ordinis, ac Domorum ipsius præ nimia cunctatione damnnum aliquod patiantur, hebdomadis singulis Diffinitorium semel saltem convocabitur a Reverendissimo Abbate, aut ejus Generali Vicario die, & hora, quibus ipsis magis videbitur expedire, & toties quoties propter urgens negotium aliquod Diffinitores convocacionem hujusmodi exquisierint; quod si Reverendissimus Abbas sive Vicarius ipsius per hebdomadas singulas Diffinitorium vocare negligant, aut requisiti recusent, Sabbato qualibet hora quarta pomeridiana in loco ad id constituto absque interpellatione alia; dies enim, & hora interpellant, ab illo, qui inter Diffinitores ordine primus aderit, habebitur, & quæ in illo decreta fuerint omnino dabuntur effectui.

VIII.

De Secreta- rio Diffinito- rii.

Diffinitorii Secretarius, qui inter Diffiniores semper assumetur, designatus a Reverendissimo in Congregatione Diffinitorii, post cujusque Capituli Generalis celebrationem, prima, & a Collegiis admissis Consultationes, ac deliberata scribet in libro, seu in Registro, quod custodire semper, neque illud inconsulto Diffinitorio dimittere, ac generali Capitulo pro tempore exhibere tenebitur. Sigillum vero sive majus, sive minus apud Diffinitorum alterum parimodo selectum, & approbatum similiter custodietur.

IX.

De actis Dif- finitorii scribendis.

Acta Diffinitorii scribantur in Registro tam a Præsede Diffinitorii, quam a duobus Diffinitoribus, quorum alter ipse Secretarius erit; Commissiones vero, Patentes Literæ, & facultates, quæ mittuntur in Domo a Præsede, & Secretario tantum; transumpta autem, sive extracta Secretarii foliis Chirographo firmabuntur.

X.

De Vicario Gen., aliis- que Vicariis.

Abbas Superior Generalis aliquem ex Fratribus nostris ætate, moribus, scientia, & rerum usu probatum in Vicarium Generalem sibi constituet, qui ejus absentis, aut impediti vicem in Diffinitorio, seu Capitulo Generali obire possit, quique idcirco in Monasterio Abbatiali semper residere debeat, Patentes literas cum clausulis restrictivis, quantum ad actus Diffinitorii, Superior Generalis ipsi tribuere non possit: quod si Vicarium Generalem Reverendissimus Abbas creare differat, Vicarii ipsius partes, & munus Prior ipse Clausuralis tam in Capitulo Generali, quam in Diffinitorio, ubi opus erit, interim supplebit.

Cæterum Vicariis omnibus in Domibus aliis a Reverendiss. Abbate, aut jam constitutis, aut constituendis in posterum, nullam omnino Jurisdictionem competere in Congregatione nostra reformata, sed in Domibus, atque erga personas Ordinis antiquæ Reformationis tantum pro Reverendiss. Abbatibus Juribus vendicandis, tuendis.

XI.

De electione Superiorum, & Vicario- rum.

Capitulum Generale inhærens Bullis Summorum Pontificum Gregorii XV., & Urb. VIII. pro reformatione Ordinis nostri editis, Statutis Congregationis nostræ reformatæ a Sancta Sede anno 1634. approbatis Decretis Capitulorum Generalium annis 1630. 1634. 1636. 1645. 1676. sancitis, & promulgatis nulla habita ratione declarationum a Capitulis Generalibus annis 1648. Sess. 6., 1651. Sess. 5., & 1679. Sess. 3. super Superiorum, aut Vicariorum nominatione simpliciter editarum, quas tamquam hic expressas præfens Capitulum, utpote Pontificiis Bullis

adversantes, & Constitutionibus, ac Institutis Congregationis nostræ reformatæ contrarias, & noxias antiquat, & rescindit, Religiosos omnes veri Superioris Officio fungentes in Domibus Congregationis nostræ reformatæ, ubi fratres Clerici quatuor a Superiore cohabitant, quocumque nomine appellentur, etiam Domorum Urbis, & Florentiæ Vicarios a Capitulo Generali per secreta suffragia in posterum eligendos esse, & illos tantum, qui sic electi fuerint, in Comitibus Generalibus cum vocis activæ suffragio admitti posse, statuit, pronuntiat, & definit exceptis Vicariis Domorum Renuessi, & Taurini, qui a Capitulo Conventuali Monasterii Abbatialis per secreta suffragia pro more confessus generalis tempore electi confirmationis beneficium ab ipso Generali Capitulo sub nullitatis pœna obtinere tenebuntur; firma tamen & stabili permanente Domorum Capituli Ordinis annexorum unione, cui per supradictum Decretum Capitulum Generale nullum præjudicium inferre intendit, servatæ etiam antiquo Superiorum, & Vicariorum Ordine, qui eundem gradum, idemque nomen obtinebunt.

XII.

Nullus Superior etiam Reverendiss. Abbas Generalis Postulantes ad habitum, & Novitios ad professionem admittere præsumat, nisi præmissis informationibus legitimis, ac examine prævio de eorum vita, moribus, scientia, & qualitatibus in Diffinitorio discussis, & approbatis, secundum Constitutiones fel. rec. Sixti V. & Clementis VIII., ac Decreta Capituli Generalis anni 1630. Sess. 15. 16. & 17. edita sub pœna suspensionis ab officio, & aliis in eadem Constitutione Clementis VIII. expressis; præstenturque a Capitulo Generali statutis, & constantibus Novitiorum numerus, qui triennio quolibet juxta Domorum redditus in Congregationem admitti possit, neque hunc numerum adaugere, & transgredi liceat.

Facta prædictorum Decretorum in Capitulo generali promulgatione expressa RR. PP. vocales omnes, & singuli ad perpetuam eorum observantiam quantum ad se pertinebit jurejurando solemniter manus ad pectus appositis sese adstrinxerunt, volueruntque insuper ut Reverendiss. Abbas mox eligendus, ejusque Successores Officio suo defungi non possint, nisi prius decreta hujusmodi omnia, & singula in integrum a se sancte, & religiose observanda fore simili juramento coram omnibus confirmaverint, & tam Reverendissimus Abbas Superior Generalis, quam Diffinitores, ac specialiter Procurator Generalis Ordinis in Curia præmissorum omnium confirmationem a Summo Pontifice per Breve Apostolicum quamprimum, & infra sex menses si possint obtinere curabunt, ut præfati articuli omnes Constitutionis apud nos perpetuè vim, & auctoritatem habere, ac in posterum inviolate observari possint, & valeant. Actum apud Monasterium Sancti Antonii Viennensis in Capitulo Generali Sessione quarta die vero mensis 4. Septembris anno post Christum natum millesimo septingentesimo secundo. In quorum fidem vocales omnes hic subscripserunt, & sigillo Capituli Gen. muniti jusserunt.

- Frater Jo. Dufresne Prior Clausuralis.
- Fr. Gaspard Fayard Diffinitor.
- Fr. Claud. Barracan Diffinitor.
- Fr. Franciscus Maffeis Diffinitor.
- Fr. Hieronymus Fajard Visitator.
- Fr. Pignier Visitator.
- Fr. M. Hefeler Procurator Gen.
- Fr. Antonius Foryet Superior Paris.
- Fr. Delamare Superior Cambreij.
- Fr. Fouton Superior Pontis Moussonis.
- Fr. Petrus Dumont Superior Aremoniar.
- Fr. Antonius Fayard Superior Mai-Landæ.

De Novitiis.

Relata Sæcra- ta confirmata fuisse a Capitulo, & confirmanda erunt ab omni Superiore Gen., nec non a S. Sede.

Nomina eorum, qui Capitulo Gener. actis subscripserunt.

Fr. Matthæus David Superior Isnheimensis.  
Fr. Petrus Barbe Superior Montisferrandi.  
Fr. Antonius Fournet Superior Alba-terræ.  
Fr. Franciscus Guillaud Superior Masseliæ.  
Fr. De Daille Superior Domus Trecentis.  
Fr. Henricus la Forest Superior Barroducti.  
Fr. Franciscus Roux Superior Lugduni.  
Fr. Balthassar de Falcoz Superior Rothomagi.  
Fr. Bonnier Superior Rhemensis.  
Fr. Jacobus Dufaur Superior Pontis aurati.  
Fr. Marcus Antonius Villaris Superior Mentensis.  
Fr. Gaspar Combes Superior Cabilonenensis.  
Fr. H. de Tarrifan Superior Viennensis.  
Fr. Antonius Fruchet Superior Pontis Inroyanis.  
Fr. Gaspar Gautier Superior Argentorati.  
Fr. Edmundus Superior trium Spicatum.  
Fr. Jacobus Descamp Vicarius Urb.  
Fr. Alexander Patu Vicarius Florentiæ.  
Fr. Joannes Baptista Arthaud Vicarius Renuerfi.  
Fr. Jacobus Grata Taurini Vicarius.  
Fr. Jacobus Ballet Discretus Abbatæ, & Magister Novitiarum.  
Fr. Alexander Dufresne Parisiorum Discretus.  
Fr. Guillelmus Autin Discretus Rothomagensis.  
Fr. Antonius Mus Discretus Lugduni.  
Fr. Petrus Lonat Discretus Cambreji.  
Fr. Raymundus Fayard Discretus Massiliæ.  
Fr. Antonius Joseph Luchaspe Discretus Pontis Moussonis.  
Fr. Franciscus le Reune Discretus Urbis.  
Fr. Claudius Franciscus Jolis Pontis aurati Discretus.  
Fr. Gregorius de Vitrolle Florentiæ.  
Fr. Jo. Robin Discretus Treccarum.  
Fr. Paulus Autin Secretarius, & Diffinitor.

Quibus perlectis in præsentia R. Ad. Patris Joannis Danthon Abbatis Superioris Generalis electi, & coram utroque Capitulo Generali Ordinis, & Conventuali hujus Monasterii hos omnes articulos, & singulos eorum, præfatus Ad. Pater Joannes Danthon electus Abbas laudavit, approbavit, & jure jurando illos se esse observaturum promisit, manibus ad pectus apposis die 7. Mensis Septembris post meridiem Anno millesimo septingentesimo secundo in Aula Capitulari apud S. Antonium Viennensem. In quorum fidem &c. - Fr. Joannes Danthon Abbas Superior Generalis - De mandato præfati Superioris Generalis - Fr. Paulus Autin Diffinitor Secretarius.

§. 1. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, Capitulum Generale prædictum, quo Decreta hujusmodi vim Statuti irrevocabilis habeant, eidem Petro Procuratori Generali, ac Joanni Abbati Generali, & Diffinitoribus juxta tenorem quarundam literarum felic. rec. Gregor. XV., & Urbani VIII. Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum circa reformationem prædictæ Congregationis emanatarum dederit in mandatis, quatenus infra sex menses inde proximos prædictorum Decretorum a Sede Apostolica confirmationem & approbationem obtinere curarent, ac prinde dictus Petrus Procurator Generalis nominibus prædictis Decreta hujusmodi pro firmiori illorum subsistentia, exactiorique observatione Apostolicæ confirmationis nostræ patrocini communiti summopere desiderent: Nos speciale prædictis Petro Procuratori Generali, & Joanni Abbati Generali, & Diffinitoribus gratiam facere volentes, & eorum singulares

personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodata existunt, ad effectum præsentium dumtaxat consequendum haurum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de nonnullorum Venerabilium Fratrum Nostrorum Sanctæ R. E. Cardinalium super hoc negotio a Nobis specialiter deputatorum consilio, Decreta præinserta in memorato Capitulo Generali edita, ut præfertur, auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos Juris, & facti defectus, si qui desuper intervenierint supplementum.

§. 2. Decernentes easdem præsentis Literas, & Decreta præinserta semper firma, valida, & efficacia existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab eis respective inviolabiliter observari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis, & Consuetudinibus: Privilegiis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanens ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus insuper, ut earundem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubique locorum habeatur, quæ haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die XII. Maji MDCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur facultas applicandi quasdam Indulgentias Defunctis per modum suffragii Confraternitati Conceptionis Beatæ Mariæ Virg. in Ecclesiis Fratrum de Mercede Civit. Mexicanæ.

Ab Alex. VIII. Const. ed. 1690. Apr. 15. P. 1. concessa fuit Indulg. Stationum in perpetuum Confraternitatibus B. M. de Mercede. Et ab hoc Pontifice Const. ed. 1717. Aug. 4. P. 17. conceditur Indulgentia in festo S. Raymundi pro Ecclesiis Fratrum de Mercede.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM sicut dilecti filii Officiales, & Confratres Confraternitatis sub titulo, seu in-

Confirmatio  
relatorum  
Decretorum.

Clausula.

XXXIX.

Dat. 23. Junii  
1703. An. 3.

Auctoritate  
Apost. quædam

Proces Ab-  
batis Procu-  
ratoris, &  
Diffinitorum  
Gen.

Ipsorum præ-  
sentibus Ponti-  
fex benigne  
annuit.

Indulgen.  
perp. conce.  
se fuerunt d.  
Confraterni-  
tati.  
Preces Con-  
fratrum.

vocatione Conceptionis Beatae Mariae Virginis Immaculatae in Ecclesia Ordinis Fratrum ejusdem Beatae Mariae de Mercede Redemptionis Captivorum Civitatis Mexican. in Indiis Occidentalibus canonice, ut asseritur, erectae nobis nuper exponi fecerunt, alias Confratribus, & Confororibus dictae Confraternitatis certa tunc expressa pietatis opera peragentibus nonnullae Indulgentiae, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes auctoritate Apostolica in perpetuum concessae fuerint, quibus iidem Confratres, & Conforores de praesenti fruuntur; dicti vero Exponentes illas Christifidelium Defunctorum animabus per modum suffragii applicari posse plurimum desiderant. Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatae existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutas fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, omnibus, & singulis memoratae Confraternitatis Confratribus, & Confororibus praesentibus, & futuris, ut Indulgentias, & peccatorum remissiones, ac poenitentiarum relaxationes praedictas, quas de caetero consecuti fuerint, Christifidelium Defunctorum animabus, quae Deo in charitate conjunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicare libere, & licite possint, & valeant, dicta auctoritate, tenore praesentium concedimus, & indulgemus. In contrarium non obstantibus quibuscumque. Praesentibus perpetuis futuris temporibus valituris.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscat. die XXIII. Junii MDCCIII. Pontificatus nostri anno Tertio.

Concessio  
perpetua  
praed. facultatis.

XL.

Declaratur, competere primo Assistenti Congreg. Missionis jus praesidendi in Gen. Conventu, etiam quando Superior Gen. munus suum dimittit.

De Assistentibus vide Innoc. XI. Constitut. ed. 1679. Jun. 5. P. 3. Et Bened. XIII. Const. ed. 1727. Julii 15. P. 4.

Dat. 9. Julii  
1703. An. 3.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

A Constitutionibus conceditur facultas praesidendi Primo Assistenti in pluribus casibus, sed non refertur casus praesens quo Superior Gener. renunciat muneri suo.

CUM, sicut accepimus, dilectus filius modernus Superior Generalis Congregationis Presbyterorum Missionis officium suum in Conventu generali per eum ad id convocato dimittere intendat, ac in eo secuta dimissione hujusmodi electio Vicarii, seu novi Superioris Generalis die VI. Augusti proxime venturi fieri debeat, in Constitutionibus vero dictae Congregationis primo quidem Assistenti Superiori Generali ejusdem Congregationis facultas praesidendi Conventui deputatorum ad Vicarium Generalem eligendum, casu, quo ipse Superior Generalis propter infirmitatem illum eligere nequeat, aut nolit, vel ab officio suo deputandus sit, aut non nominato Vicario Generali ab humanis decesserit, concessa legatur, sed quis dicto Conventui Generali, Superiore Generali adhuc in humanis agente, & officium secum dimittente, praesidere debeat, per Constitutiones praedictas expresse cautum minime reperitur nec similis casus unquam evenerit. Nos cupientes, ut Conventus generalis hujusmodi recte, & feliciter ad Dei gloriam, & praedictae Congregationis utilitatem ce-

Causa declarationis d. casus.

lebretrur, & hac in re omnis dubitandi occasio tollatur, ac dilecti filii Mauriti Faure, qui (ut pariter accepimus) primi Assistentis ejusdem moderni Superioris Generalis munere de praesenti fungitur, fide, prudentia, charitate, vigilantia, & integritate plenam habentes in Domino fiduciam, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, motu proprio, ac ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolica potestatis plenitudine, eundem Mauriti dicto Conventui Generali, quatenus in eo memoratus modernus Superior Generalis ante electionem Vicarii, seu novi Superioris Generalis hujusmodi nolit, aut impediatur ministerium Praesidentis exequi, praesidere debere, perinde, ac si id in Constitutionibus praedictis expresse cautum reperiretur, tenore praesentium decernimus, & declaramus.

§. 1. Decernentes pariter eisdem praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac praedicto Mauriti in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis ad quos spectat, & pro tempore quomodocumque spectabit inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 2. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non dictae Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, Indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Pisc. die IX. Julii MDCCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Conceditur facultas utendi Altari portatili, & absolvendi a casibus reservatis in quibusdam partibus Infidelium Fratibus Discalceatis Sanctiss. Trinitat. Redempt. Captiv. Congregat. Hispania.

Inn. XII. Const. ed. 1695. Apr. 23. P. 4. concessa fuit facultas eligendi Judices Conservatores. Et hujus Pontif. Const. ed. 1720. Mar. 2. P. 20. conceditur Commissariis Gen. aliud tempus post electionem Generalis.

CLEMENS PAPA XI.

Ad futuram rei memoriam.

LIAS fel. rec. Urbano Papae VIII. Praedeceffori Nostro pro parte tunc existentis Procuratoris Generalis Fratrum Discalceatorum nuncupatorum Ordinis Sanctiss. Trinitatis Redemptionis Captivorum Congregationis Hispaniarum exposito, quod Congregatio praedicta juxta laudabile ipsius Institutum ejus Religiosos

Declaratio  
motu proprio  
facta  
pro Primo  
Assistente.

Claufula.

XLI.

Dat. 21. Nov.  
1703. An. 3.

Idem concessum fuit cum aliis in Africa ab Urb. VIII.

in Africam, ut Christiani fideles inibi sub misera Turcarum servitute constitutos, quos poterant, ab illa eximere querebant, eosque in Domino consolabantur, Ecclesiastica Sacramenta illis administrabant, ac eorum denique animarum salutem, quibus poterant, rationibus, incumbere valebant, mittere intendebant, memoratus Urbanus Prædecessor, ut iidem Religiosi in commisso sibi munere huiusmodi ad eorundem Christianifidelium spiritualem fructum utilius sese exercere valerent, supplicationibus dicti Procuratoris Generalis nomine sibi super hoc humiliter porrectis inclinatus, Religiosis mittendis huiusmodi, quod Altare portatile cum debita reverentia, & honore, super quo in locis Africae dumtaxat honestis tamen, & congruis, etiam non sacris, & cum temporis qualitas id exegerit, etiam antequam illucefceret dies, circa tamen diurnam lucem, in dictorum Captivorum, & aliorum fidelium in dictis locis degentium presentia Missas, & alia divina Officia celebrare, omnesque, & singulos eorundem locorum utriusque sexus Christianifideles, ipsorum confessionibus diligenter auditis a quibuscumque excessibus, & delictis, etiam in Bulla die Cœnæ Domini legi solita contentis, ac pro commissis per eos, & eorum quemlibet penitentiam injungere salutarem; Necnon his qui peccata sua confessi, & de illis corde contriti fuissent, ac Sanctiss. Eucharistiæ Sacramentum sumpsissent, quoties id fecissent, toties plenariam omnium, & singulorum peccatorum suorum indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino elargiri libere, & licite valerent, Apostolica auctoritate facultatem impertitus fuit. Necnon eosdem, qui dura servitute in illis partibus oppressi pro tempore fuissent, quotiescumque ab Ecclesia Romana illius Thesauros referari, & generales peccatorum remissiones per Romanos Pontifices, etiam præscripta fidelibus ad illas assequendas, forma, & Statuto tempore in eisdem adjecto proponi contigisset, cum primum illarum ad eosdem Captivos noticia pervenisset aliqua agendo, quæ naturali libertate privatum verisimile erat facere posse, illas omnes consequi, quæ alii Christianifideles tempus, & formam exacte, in illarum concessione tradita observantes consequuti fuissent, eadem auctoritate voluit, & declaravit, & alias prout in ipsius Urbani Prædecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 20. Januar. 1626. expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

§. 1. Cum autem, sicut Procurator Generalis dictæ Congregationis Nobis nuper exponi fecit, eadem Congregatione Germaniæ, & Poloniæ Regnis subinde propagata, Fratres ejusdem Ordinis in novis Conventibus Regnorum huiusmodi commorantes Constantinopolim, ad Tartariæ partes, aliaque Infidelium loca ad Captivos huiusmodi redimendos sese conferre soleant, ac proinde ipse Procurator Generalis prædictas Urbani Prædecessoris Literas ad loca huiusmodi a Nobis extendi, & ampliari plurimum desideret. Nos piis ipsius Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus annuere cupientes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum, consilio, & attenta relatione dilecti filii nostri in Alma Urbe Vicarii in spiritualibus generali super præmissis eisdem Cardinalibus facta, Fratribus dicti Ordinis ad loca Infidelium huiusmodi sese conferentibus, ut Altari portatili utantur, & a casibus reservatis in eisdem locis Infidelium dumtaxat cum dependentia tamen a nunc, & pro tempore existentibus Vicariis Apostolicis a Sede Apostolica deputatis absolvere possint, & va-

leant, Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus; Salva tamen semper in præmissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§. 2. Decernentes eandem præsentem Literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari: Sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 3. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon omnibus, & singulis illis, quæ in ejusdem Urbani Prædecessoris literis concessa sunt non obtinere, cæterisque contrariis quibuscumque.

§. 4. Volumus autem, ut earundem præsentium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo Personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides ubique locorum, tam in Judicio, quam extra illud habeatur, quæ ipsis præsentibus haberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XXI. Nov. MDCCLIII. Pontificatus nostri Anno Tertio.

Damnatur, ac prohibentur quædam Folia impressa sub titulo: *Acte d' Appel interjetté par le Procureur General de Lorraine, & Barrois, de l'exécution du Bref du 22. Septembre dernier &c.*

Const. hujus Pont. ed. 1704. Jan. 28. P. 4. damnatus fuit libellus -- Veritable tradition &c. Et Const. ed. 1705. Jul. 16. P. 5. damnatur Jansenianismus.

CLEMENS PAPA XI.

Ad perpetuam rei memoriam.

CUM Nos alias per quasdam nostras in simili forma Brevis literas librum quemdam Gallico idiomate conscriptum, & in duas partes divisum, sub titulo: *Ordonnance de Leopold I. Duc de Lorraine, & de Bar &c. donnée à Nancy au Mois de Juillet 1701. A Nancy Chez Paul Barbier Imprimeur Libraire à la Ville Neuve 1701.* damnaverimus, & reprobaverimus, ac legi, seu retineri prohibuerimus, & alias, prout in prædictis nostris literis die 22. Septembris proxime præteriti expeditis, quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, ac de verbo ad verbum inserto haberi volumus, uberius continetur; Subinde vero ad Apostolatus nostri notitiam pervenisset in vulgus circumferri quædam Folia eodem gallico idiomate typis impressa, quibus titulus: *Acte d' Appel interjetté par le Procureur General de Lorraine, & Barrois, de l'exécution du Bref du 22. Septembre dernier rendu contre l'Ordonnance de Son Altesse Royale du mois de Juillet 1701. de notre Saint Pere le Pape Clement XI. mal informé, à notredit Saint Pere le Pape, lors qu'il sera mieux informé, avec l'Arrêt d'enregistrement d'icelui.* Nos nonnullos ex Venerabilibus Fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus, aliisque in Sacra Theologia Magistris, & in Decretis Doctores ad eorundem Foliolorum examen delegimus, qui omnes Folia ipsa, tanquam conti-

Clausula.

XLII.

Dat. 11. Febr. 1704. An. 4.

Scopus foliorum.

Causæ damnationis dd. foliorum.

Causa sequentis Concessionis cum precibus Procuratoris Gen.

Concessio d. facultatis cum dependentia a Vicariis Apostolicis.